

ratiue actus est generare: unde Naturalissimum ope-  
rum est in uiuentibus quecuq; perfecta sunt et non or-  
bata / aut que generationem spontaneam non habent:  
facere alterum tale quale ipsum est: vt animal quoddam  
animal/planta autem plantam quatenus ipse etiam diui-  
no z immortali participant secū dum illud quod possunt.

Actus Genera-  
tiue. 2. de aīa in  
tex. com. 34.

Augmentatiue actus est augmentare vel ad debitā quā-  
titatem quecuq; producere. Et dicitur ad debitam  
quantitatem / quia omnium a natura constantium posi-  
tus est terminus certus z ratio magnitudinis et augmen-  
ti vel decrementi.

Actus augmē-  
tatiue.

2. de anima tex.  
Com. 41.

**P**otentie anime sensibilis quedam sunt apprehēsiue  
quedam motiue. Et differt sensitua a vegetatiua: quia  
sensitiua fit cum cogitione z etiam in aliqua separatiōe  
a re apprehensa vnibilis mediante medio: vt patet in vi-  
su apprehēdente colorem qui est in distantia ab organo  
videndi vnitur aut mediāte luce z non recipitur color in  
oculum sed species coloris. Sed in vegetabili cōiungitur  
potentia cum suo obiecto: vt nutritiua cū cibo. Apprehē-  
siuarum quedam sunt deintus / quedam de foris. Appre-  
hensiue de foris dicuntur que rem de foris apprehen-  
dunt in materia subiecta z presenti. Apprehensiue dein-  
tus dicuntur / quia illud quod apprehendunt deintus est:

Differt potētia  
sensitiua a vege-  
tatiua.

Sēsus exterior

Sēsus interior

B ij